



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Candela Evangelica**

**Landsberg, Johannes Justus**

**[Köln], 1526**

**VD16 J 1187**

Candela prima.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34415**

## NOX PRIMA.

**D**isputationis immoda mihi uobiscū fuit pugna,  
qua satisfactionem pro peccatis improbarem, dī  
xi: Si mortalium quipiam omnia peccata mundi patras  
set solus, & pro his uel in extremo uitæ suæ (quantum si-  
biforet possibile) cordis haberet contritionem pariter ac  
dolorem, & q[uod] non maior sibi adesset contritio, dolor,  
insuper misericordem dominum pro gratia atq[ue] suorum  
peccatorum remissione inuocaret: Ad hæc integrum ad  
deum haberet fidem, omnia sibi peccata à deo dimissum  
iri, huic citra dubium, plena dignatione deus ignoscet.

contritio

dolor

misericordia

fides

### Candela prima. Distinctio I.

**P**er ea que hic dicunt, non improbarur satissa-  
ctio pro peccatis, sed magis probat. Ponim-  
tur enim ibidem quedā s. contritio, & dolor super do-  
lorem, et ad deum inuocatio. Insuper & fides que  
omnia in tanta excellētia & merito esse possent (sal-  
uis his que infra dicenda sunt) q[uod] peccata & satisfa-  
ctionem pro ipsis debitam relaxarent, sicut in qui-  
busdam, (licet paucissimis factum legit) non tñ in  
autenticis scripturis. Latro enim quamvis contri-  
tus dñm inuocauit, satisfactionem tñ creditur crus-  
ci affixus post confessionem complesse. Et quia raro  
est huiuscmodi satisfaciens contritio, imposuit san-  
cta mater ecclesia peccatoribus tres partes peni-  
tentie: Contritionem s. confessionem & satisfactio-  
nem. Cuius autoritatem negare, est spiritum sanctum  
cum eam viuificantem & docētem spernere. Sed  
de hoc infra latius. Ut vero hec autenticis senten-  
tiis fulciamus, assignamus pro prima parte contriti-  
one s. illud Psal. 50. Et contritū & hu. deus non de.  
Pro scđa. s. confessione, illud Iaco. vi. Confitemini  
alterutrum pctā vestra. Pro tertia s. satisfactione,  
sunt in scripturis testimonia innumera, sed pauca  
hec que dicā sufficient. Dicit. 2. Reg. 12. q[uod] David Satisfactio

latro

contra: i[n] cōf p[ro]p[ter]e

l[et]c p[ro]p[ter]e d[omi]n[u]s

contritio

confessio

Satisfactio

reprehensus a Nathan propheta, dicente: Uriam  
Etheum percussisti gladio, et uxorem illius accepi-  
sti tibi uxorem, et interfecisti eum gladio filiorum Am-  
mon: quamobrem non recedet glauco de domo tua usque  
in sempiternum et. Auidus fitudo: Pec-  
caui domino. Dixit Nathan ad David: dominus quoque tran-  
tulit peccatum tuum, non morieris; veruntamen filius  
qui natus est tibi, morte morietur. Et digna satisfacti-  
onis flagella subsecuta sunt. Item ibidem cap. vi.  
habetur sic: Percussit autem cor David eum postquam  
numeratus est populus, et dixit David ad dominum: Pec-  
caui valde in hoc facto, sed precor domine, ut transfe-  
ras iniquitatem serui tui, quia stulte egi nimis. Post  
talem contritionem et confessionem, imposita est illi sa-  
tisfactio. Dixit ergo dominus per Nathan: Trium dat  
tibi optio, aut septem annis veniet tibi fames in ter-  
ra tua, aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, et illi te persequentur, aut certe tribus diebus  
erit pestilentia in terra tua. Qui ait: Coartor undique  
nimis. Hec de multis pauca sumpta sufficient.   
Quanum est satisfactionem tollere a penitente, quia  
et si admittatur quod talis in fine vite vere peniteat, et  
a domino remissionem peccatorum recipiat, non tantum excluditur,  
quod deus sibi peccatorum satisfactionem etiam re-  
mittat. Quia cum peccatores differenter secundum ma-  
jus et minus de peccatis doleant, necesse est ut de-  
us qui eos misericorditer recipit, unum plus alio  
iuste puniat. Et si non in hoc seculo, tamen in futu-  
ro. De hoc infra latius. Secunda distinctio.

Ea vero que hic prima dicta sunt in nocte, per  
candlam nostram sunt latius indagada. Sunt enim  
nonnulli, qui sufficere putant ad salutem propria mo-  
ralem aut rationalem, hec opinio plures fallit, et a pe-  
nitentia sacramentali auertit. Hoc nonnulli dicunt  
se velle in vita termino penitere. Credunt enim ad  
salutem sufficere, quod per rationem mala acta detestan-  
tur. Et quod habitus malus tractus ex actibus fre-  
quentatis, non sinit plene tales dolcre, et mala de-

## Opinio

testari, doloris defectum supplere volunt per con-  
fictum dolorem, dicentes: Dolemus nos imperfe-  
cte dolere. At si dolor ipse verus extiterit, rōnalis  
est tñ et naturalis, quemadmodum ipsa pñia que p-  
rōnem mala gesta detestatur. Hinc sit, ut sacramē-  
talis pñia nō esse necessaria ab illis ipsis putetur.  
Tales non recipiunt veniam nec misericordiam, etiam  
si credant deum fore misericordissimum, qz fides si  
ne grā et operibus mortua est. Apud infideles est  
talis pñia, immo in inferno, sed infructuosa. Dispo-  
nit tñ hac in vita talis pñia hominē, ut tandem sa-  
lutaris pñie capax fiat.

**Tertia distinctio.**

Preterea qm̄ iudicia dei abyssus multa psal-  
mo. 35. et Applus Rom. 9. dicit: Non volentis ne-  
qz currentis, sed miserentis est dei: qui cuius vult  
miseretur, et quem vult indurat. Si ergo deus iudi-  
cauerit et voluerit libez arbi hominis pctōris mo-  
uere, vt detestet pctā sua, et ille cesserit diuine mo-  
tioni libere, et auxiliante diuina gratia detestatus  
fuerit pctā sua, cum proposito pfitendi ipsa pecca-  
ta in obedientia sancte matris ecclie, cuius rector  
et caput in terris est pontifer summus successor bti  
Petri apli, in ipso pñie sacramento psequetur pro  
pter meritum Christi veniam et gratiam: qz impos-  
sibile est deum mouētem arbitrium homis liberū,  
frustrari intētu suo et fine, aut sac̄m cassari suo effe-  
ctu, nisi pfitens fuerit fictus, aut obicem posuerit.  
Si vero homo sic a deo motus, nequiuenter ad con-  
fessiōem attingere, sperandum est tales saluari p-  
pter ppositum pfitendi et motum spūsancti: si tñ  
decreuerit eum sine sacramento saluare sicut pōt,  
quamvis de cōmuni lege deus hominē per media  
varia et per sacramēta saluet. Pueri quippe nō ba-  
ptizati, regnum dei nō psequunt, licet sint ipsi in-  
nocētes, et deus sit misericordissimus. Peccator a  
deo motus interdum, non est plene pfititus, et suffi-  
cientiam recipit in sacramento. Scīa enim noue  
legis gratiam pferunt, et sunt media per que meri-

*Omnis: mi  
vult miser-  
indurat*

*No baptismi*

tum Christi nobis applicat. Omnia hec non sunt  
propter impotentiam dei miserentis, sed propter or-  
dinem quem instituit ad declarationem sue bonita-  
tis. Sed de hoc latius infra. **D**istinct. IIII.

**C**ura pnia, psolatio, et coiter decipula est ho-  
minu puerorum et induratorum, de qua ait Augus. deo  
plenus: Agens pniam ad vitium et recociliatus, si  
securus hinc exit, ego non sum securus. Quia tales  
vident potius penitere ex necessitate, quam ex volun-  
tate, potius timore pene, quam amore dei. De vero pe-  
nitente dicit dñs Ezech. 18. Si impius egerit pe-  
nitentiā ab omnibus pctis suis que operatus est, et  
custoditerit omnia precepta mea, et fecerit iudicium  
et iustitiam (i.e. ius suum vnicuique tribuerit, deo, sibi  
et primo et cetero) vita vbiuet et non moriet. Faciendo iu-  
dicium et iustitiam, satisfacit Ieso: Hec est satisfactio.

#### N O X S E C V N D A .

Præterea, si in omni uita sua quæ operis boni nil egisset,  
**E**t inter extrema uitæ constitutus, neque operari iam bo-  
num posset, neque elargiendum propter deum quicquam  
haberet, modo in ea fide stabilis perseveret, credens firmi-  
ter quæ satisfactio illa quam in cruce dominus ipse pro o-  
mnibus egit, pro suis etiam peccatis acceptetur, suffici-  
atque deo, immo quæ propter hanc fidutiam fidemque rectam,  
iam sibi peccata dimissa sunt. Is quæciusmodi est peccator,  
in gratia dei et sine peccatis moritur, filius æternæ ui-  
tæ: præterea quæ misericordia dei nobis promissa confi-  
dens innititur, et de honorum omissione operum neglig-  
entiaque sua poenitet, ac ueniam postulat.

#### **C**andela . II. **D**istinctio . I.

**C**Intelligentia eorum que hic dicuntur, dependet  
ex his que in precedentibus dicta sunt. Qui enim  
in omnivita sua nil boni operatus est, sed neque in ipso  
termine nullum opus bonum operari potest, veledee,